

In Suprema Militanti Ecclesia solio meritis huiusmodi per inestimabilem diuinae bonitatis abundantiam constituti, exortus inter Religiosos viros controversiarum opportunitate rationibus derimere studemus, sicut in domino conuenimus salubriter expedire. Itaque dilectum filium Procuratorem Generalem Ordinis Predicatorum specialibus favoribus et gratiis protegi volumus, et a quibusvis excommunicationibus, suspensionibus, et interdictis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenarum a iure vel a homine quavis uocatione, vel causa latis, si quibus quomolibet innodatus esset ad effectum presentium dum taceat conueniamus harum serie absolventes et absolutum fore censentes. Supplicationibus eius nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus praepositorum Consilio Auctoritate Apostolica tenore presentium declaramus ad favorem dilectorum filiorum fratrum dicti Ordinis Predicatorum Totius Communitatem non licere dilectis praeter filios fratibus Ordinis Sancti Francisci de Observantia nunciatorum minus quae confraternitati in eorum Ecclesia magni conventus erectae Sub titulo Conceptionis Sanctissimae Virginis Immaculae, illiusque confratribus facere processionem prima Dominica cuiuslibet mensis, nec postea praedictos fratres Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia novum Rotarium Sub titulo Seraphici, aut novum novendam vel alterius rationis inducere, predicare, et docere, nec in Litaniis B. Virginis aliquid innovare, nec tabellam exponere, in qua Beatissima Virgo dei Mater Det Rotarium Sancti Francisci et Clara prout etiam praefata. Omnia fieri prohibemus et servari mandamus. Deserventes eisdem praesentes litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suisque plenariis, et integris effectibus sortiri et obtinere, ac ab illis ad quos spectat, et pro tempore ~~ea~~ spectabit ininvocabiliter observari, sicque in praemissis per quoscunque iudices Ordinarios, et delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, et definitur debere; ac irritum et inane si seus super hijs a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus Apostolicis ceterisque Contrariis quibuscumque. Volumus autem ut eorundem praesentium litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis manu alicuius Notarii publici sub scriptis, et sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prout fieri in iudicio et extra adhibeatur, quod praesentibus ipsis adhibeatur, si brevis exhibitis, vel ostensib. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem Sub annulo Piscatoris die 23 Maii 1664 Pontificatus nostri anno decimo.

S. Uolunt

Romae ex Typografia Reverendae Camerae Apostolicae 1664

Franciscus Serenissimus

Car. Gaus Cam. Apost. Notarius

*[The page contains extremely faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side. The text is arranged in several horizontal lines across the page.]*